



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Ejus tamen ratio, licet ingeniosa, id non persuadet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

R.  
allax;  
proto-  
ducet  
st ad-  
e pec-  
Deus,  
voce  
spina-  
videri  
edum  
re lan-  
nullo  
men-  
vetiti  
è fi-  
onem  
m ve-  
illan  
oriqu  
alium  
e con-  
a ipse  
Feci  
lliceas  
ra pa-  
, hoc  
tione  
Quin  
um &  
norem  
agnos-  
LIBER PRIMUS. 5

agnoscere, qui sicut Adamo atque uxori ejus tunicas pelliceas fecit, cum nuditati ipsorum voluerit esse consultum, ut non est parcus, aut imprudens, aut invidus, aut inops bonorum largitor, ita etiam censendus est illi calceos eadem ratione consuisse, quo in necessariis ad vitam comparandis, minaces spinarum tribulorumque aculeos tutius evitaret.

III. Hæc quidem ingeniose doctissimus Balduinus conjectit; non tamen solida videtur ipsius ratio. Adamum, ut nuditati consuleret, folia ficuum consuisse, ac deinde Deum tunicas pelliceas fecisse non tantum ipsi, verum etiam ejus uxori, indubium plane est, quæ prima vestium origo fuit. Exinde vero concludi haudquam potest, eandem mentem Adamo dictasse calceos consarcinare, quæ ipsum docuit tegendæ nuditati folia consuere, quæque observavit Dei exemplum, qui tunicas fecit pelliceas: aut eadem ratione Deum Adamo calceos consuisse, ut evitaret spinarum tribulorumque aculeos, qua ipsi prospexit de tu-

A 3. nicis

## 6 De CALCEIS HEBRAOR.

nicis pelliceis, ne gravior aëris inclemens ipsi nocumento esset. Alia enim vestium, alia calceorum est ratio. Vests erant quam maxime Adamo necessariæ, itemque uxori ipsius, non tam ut misera corpora, jam ob peccatum mille calamitatibus obnoxia, ab æstu atque frigore, & aliis tempestatum injuriis defenserentur; quæ ratio datur à doctissimo Balduino, quam quidem, <sup>ut</sup> nuditas, jam pudenda, tegeretur. Hæc necessitas in calceis non fuit. Sane videmus politiores populos non tantum habuisse atque etiamnum habere vestium usum, verum etiam nullam gentem tam feram, tamque barbaram unquam reperitam esse, quæ non speciem aliquam vestimentorum habuerit. Id vero in calceis non observamus. Etenim non barbaros modo, atque ab omni cultu & humanitate alienos verum etiam ipsos cultiores, populos non dedecori putasse nudis pedibus incedere, licet sine vestibus prodire in publicum magno duxissent probro, mox ostendemus. Alterum enim prorsus apud omnes est in honestum, alterum non item Illi ipsi, qui

qui summum scelus putassent aliquem in publico nudum conspicere.  
*Flagitiī enim principium est, nudare inter cives corpora*, ut verē Cicero lib. 4.  
 dixit, minime credebant turpe, si quis incederet pedibus nudis. Ut licet Adamus folia consuerit, atque ipsi Deus tunicas fecerit pelliceas, confici non possit, aut Adamum calceos consarcinasse, aut Deum ipsi de calceis prospexit, cum longe diversa sit utriusque ratio, ac iron tam necessitas, quam ipsa honestas hominem certis quibusdam vestimentis voluerit obtegi.

IV. Licet autem obscura non tantum, sed etiam incognita sit calceorum origo, priscos tamen mortales non diu caruisse quadam pedum tutela, certissimum videtur. Etenim necessitas, ut pedum plantas, molles illas atque teneras, defenserent, id facile effecit, ut aliquod invenirent calceorum genus. Sane antiquissimum fuisse calceamentorum usum, & jam vulgarem Abrahāi ævo, ostendit ipsius ad regem Sodomæorum respondum, se ex omnibus, quæ ipsius erant, non accepturum, à filo

A 4 usque